

delevi. Duo loca ex Athenæi Epitome II. p. 58. D. citat Eustathius ad Odysseum. A. p. 1406, 58=41, 40. Τρώγοντας μολόχης ῥίζαν καὶ * πάμα, πρῶτος ἔγωγε μολόχης. (Sic bene ed. Rom. nam Bas. mendose πρῶτος.) Koënius ad Gregor. p. 215. ex Athenæo violenter corrigit, καὶ Ἐπίχαρμος. Sed et Antiphanis nomen modo omiserat Eustathius, et millies alias scriptorum nomina supprimit. Notum est λι et λυ ita in MSS. exarari, ut facillime pro μ capi possint. Scripserat Eustathii librarius, πάλι, quod πάλιν significat. Linea enim superducta, si vocalis præcedit, ponitur pro ν, si consonans, pro α. Ergo librarius si pro λι per errorem μ scripsit; consequitur, ut errare pergat et scribat πάμα. Scholiastes ad Hec. 570. μάρτυς δὲ τούτου ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τὸ τοῦ Σοφοκλέους· οὐδὲ γὰρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι. καὶ ἄλλος· μήτοι με κρύψης τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν. Pro ἄλλος Marklandus ad Suppl. 296. Αἰσχύλος emendans, actum egit; Kingius enim jam ediderat καὶ Αἰσχύλος ΠΑΛ. Quid autem est illud ΠΑΛ.? Nihil sane, nisi πάλιν, cujus ultimæ literæ per compendium significatæ oculos Kingii effugere. Cant. enim idem scholion habet, et clare legit πάλιν. In Sophoclis fragmento, quod exstetne in superstitionibus fabulis, necne, nescio, idem MS. recte οὐδέν. Aristophanes Eq. 665. Ἴν' ἄτθ' ὁ κήρυξ οὐκ Λακεδαιμόνος λέγει, Πύθησθ' ἀφίεται γὰρ περὶ σπονδῶν λέγων. Jure displicuit Brunckio istud λέγων, quod et alio nomine vitiosum est; debebat enim potius esse λέξων vel ἐρῶν. Sed neque hoc rectum esset, ut exemplis patebit. Aristophanes Av. 1531. Ἡξοῦσι πρέσβεις δεῦρο περὶ διαλλαγῶν. 1576. Ἄλλ' ὡς γὰρ ἠρῆμεσθα περὶ διαλλαγῶν Πρέσβεις. 1586. — πρεσβεύοντες ἐνθάδ' ἤκομεν Παρὰ τῶν θεῶν, περὶ πολέμου καταλλαγῆς. 1594. Τούτων περὶ πάντων αὐτοκράτορες ἤκομεν. Pac. 215. Κάλθοιεν οἱ Λακωνεὶς εἰρήνης πύρι. Lysist. 982. Κήρυξ ἐγὼν, ὡς κερσάνει, καὶ τὸ σιῶ, Ἐμοῖον ἀπὸ Σπάρτας γὰρ περὶ διαλλαγῶν. 1008. Ἄλλ' ὡς τάχιστα φράζε περὶ διαλλαγῶν Αὐτοκράτορας πρέσβεις ἀποπέμπειν ἐνθαδί. Sic ista loca sine articulo legenda sunt. Adde ejusdem fabulæ 1103. Ἐπὶ τί πάρεστε δεῦρο; περὶ διαλλαγῶν Πρέσβεις. Quid igitur versui ex Equitibus desumpto faciemus? Unus Brunckii MS. in priore versu habet, λέγει πάλιν, alter λέγειν πάλιν. Dele igitur λέγων, ex λέγει vel λέγειν natum, et repone, Ἴν' ἄτθ' ὁ κήρυξ οὐκ Λακεδαιμόνος λέγει, Πύθησθ', ἀφίεται γὰρ περὶ σπονδῶν πάλιν. [Nub. 971. πάλιν omittit Suidæ ed. Med. v. Συμφῆσαι.]

Demus igitur πάλιν retinendum; altera quæstio oritur; utrum legamus omnino cum Stobæo, ut ipse edidi, an mixtis codicum et Stobæi lectionibus novam conflamus, ἢ νῦν λέγων ἔστ', ἢ πάλιν μέλλει λέγειν. Qui hanc præferunt, tribus potissimum argumentis fortasse nitentur. Primo quod pro-